II 577/d

IV.

EXoptata pijs â Veſpere ſolis ad ortum
Votis, oranti Jſaco, quô juſtior alter
Nec probitate fuit, ſuperis nec carior ullus,
Tandem ſalva venit, venit en formoſa Rebecca!
Lætitia hinc ingens ipſi lux fulſit, & acris
Pectore disjectus dolor, immatura parentis
Dilectæ quem mors inflixerat, O Neonymphe
Antoni, Aonidum decus, & te fronte ſerenâ
Gaudia, ſi qua decet, jam fas eſt ducere mille,
Sic modò lux poſcit, tua nam Giſnhagia, votis
Mille petita Agnes, quâ non reverentior ulla
Non probitate prior, longinquis advenit oris;
Accelerans volitante rotâ, curruq; venuſto
Quam noctuq; diuq; petis ſuſpiria multa
Ardenti mittens voto, velut optat anhelans
Æſtivo cervus currentis fluminis undas
Tempore, quâ toties arſiſti, montibus ardet
Fervida Trinacriis velut Ætna: en bella puella
Sæpê tuô inflixit cordi quæ vulnus amoris
Ah quantum! ſed adeſt hæc ipſa medela ſalubris.
Quid ceſſas igitur caræ hujus jungere dextræ
Dextram, cum æquales uſſerunt pectora flammæ?
Ducito ovans animis vitæ ſociamquê cubilis
Sub tua tecta, illi nam fas hæc tangere Muſis
Limina grata, ſimulq; jube diſcedere curas.
Illa tibi ſolamen erit, tu dulce levamen,
Illa tibi vel lumen erit, tu blanda voluptas
Corporis atq; animæ benedictio larga ſequatur,
Optima vos ditet largis fortuna quadrigis,
Abſit Eris, non abſit Eros, Concordia mitis
Adſit, pax regnet, ſint vobis gaudia mille,
Gaudia tot, quot habet madidas Neptunus arenas
Producit chalybum generoſa quot Ilva metalla,
Gargara quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,
Præcipites quot habet ſpumoſus Phaſidos amnis
Undas: quod ſuper eſt, ſuperate Philemonis annos
Baucidos atq; ſuæ, perpaucis hiſce valete.
Cum neget imbellis nunc dicere plura Camæna.

Vita Beatorum Gloria Perpetua.

Ab 8. Vox. 2 Chori Inferior. Nicol. Gottſchov.

ij vobis connubia ij vobis connubia vobis Quæ
cœlicus Auſpex ſuavis ſi me præſidet ipſe Deus ij
ipſe Deus ij præſidet ipſe Deus ij præſidet
ipſe Deus ipſe De us benè vos vivetis in ipſo ij
in ipſo ij ij benè vos vivetis in i-
pſo in ipſo benè vos vivetis in i pſo vivetis in ipſo Dum conjuges
pios potenter potenter ij adjuvat potenter ij
ij ij ad juvat Gaudia ij gaudete gaudete

ij Gaudia gaude te Gaudia ij gaudete
ij Gaudia ij gaudete Et pectus dulcore reple te
replete & pectꝰ dulcore reple te Vitæ jugali conſecrati
ij Sponſuli.